

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Oratio ai (2)  
cum fonte primo

Quisquis pro aliis intercedere nititur,  
sibi potius ex caritate suffragatur;

et pro semetipso tanto  
cicius exaudiri meretur, quanto deuote  
pro aliis intercedit.

Gregorius libro XV. moralium.

Sed quia  
quisquis pro aliis intercedere nititur,  
sibi potius ex ipsa caritate suffragatur,  
recte subiungitur: *Dominus quoque*  
*conuersus est ad paenitentiam Iob, cum*  
*oraret pro amicis suis.* Iam enim  
superius pro amicis suis exauditus  
ostenditur, cum factum quod  
praediximus memoratur: *Fecerunt sicut*  
*locutus fuerat ad eos Dominus et*  
*suscepit Dominus faciem Iob.* Sed cum  
protinus subinfertur: *Dominus quoque*  
*conuersus est ad paenitentiam iob, cum*  
*oraret pro amicis suis,* aperte ostenditur  
quia  
etiam pro semetipso paenitens tanto  
citius exaudiri meruit, quanto deuote  
pro aliis intercessit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 35,  
10-11 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,  
p.1787, ll.10-11, 1-10).